AVSPICE SOSANDRO!

DISSERTATIO INAVGVRALIS JVRIDICA

DE

PRIVILEGIIS AD SVPPLICIA DAMNATORVM,

Vom

Recht der Delinquenten.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

QVAM

EX DECRETO

ILLVSTRIS JCTORVM ORDIN

IN ALMA ET PERANTIQVA HIERANA,

PRO LICENTIA

SVMMOS IN VTROQVE JVRE HONORES ET PRIVILEGIA

RITE CAPESSENDI,

IN AVDITORIO JCTORVM MAJORI

HOR. CONSVET.

PVBLICÆ ERVDITORVM DISQVISITIONI SVBMITTIT

AVTOR

ERNESTVS FRIDERICVS SEITZ,

Delitio Miſn.

JVR. PRACT. ET SENATOR CIVIT. PATR.

DIE XVI. JANVARII M DCC XXX.

ERFORDIÆ,

Litteris GROSCHIANIS, Acad. Typograph.

221

Digitized by Google

Digitized by Google

B. C. D.

OMnium, quod in jure noſtro vocatur TERRIBILE *l. 2. §. 8. C. de vet Jur. Enucl.*, terribiliſſimum, Executionem ſcilicet pœnarum, ſpectatoribus ipſis tremendam *l. 28. §. 15. ff. de Pœn.*, horrendum & miſerabile ſpectaculum JVL. CLAR. *Pr. Crim. qu. 97. n. 6.* præſentes pagellæ, *dulciſſime lector*, tibi in conſpectum dabunt, non, ut hac delectemur, (procul eſt, enim à ſapiente tam in humana feritas) SENEC. *lib. 1. de ira cap. 6.* ſed ut potius maxime intentis, ut ajunt, oculis, contemplemur, quæ vel in odium vel in favorem ad ſupplicia damnatorum ANTE EXECVTIONEM, in EXECVTIONE & POST EXECVTIONEM ipſam conſtituta ſunt; Vigor enim publicæ diſcipli-

Digitized by Google

næ poſtulat maleficia puniri. *l. 9. § 5. ff. de Publ. & Vectig.* plus tamen crudelitatem quam juſtitiam ſapit, cancellos jure præſcriptos in impoſitione pœnarum transgredi, SENEC. *1. de Clementia,* & cum Medicis multa funera cauſantibus ejusmodi judices parem honorem paremque famam ſibi conciliabunt. THOENNICKER *in Adv. prudent. in foro Criminal. cap. II. p. m. 3.* Prudens igitur judex ante omnia nec ſeveritatis nimiæ nec clementiæ promiſcuæ laudem affectetur *l. 11. ff. de pœn.* nec lege ſeverior nec clementior eſſe debet *l. Servos 8. C. ad L. Jul. de vi publ. Nov. 82. c. 10. l. 244. ff. de V. S.* & pœnæ juxta menſuram delicti infligendæ *Deut. XXV.* Melius tamen eſt Deo propter miſericordiam rationem reddere, quam propter crudelitatem *c. 12. cauſ. 26. quæſt. 7.* Interim ſemper aures delinquentium perſonnabit tritum illud OVIDII:

Heu patior telis vulnera facta meis!

& cantus OWENI:

Latronum finis funis mors ultima merces
Furca capit fures hinc puto nomen habet.

lib. 1. epigr. 67.

A An-

Antequam vero cymbam à ripa amoventes in altum provehamur paſſis manibus ſummum Numen, ut aſpiret cœptis, & cœpta melioribus ut exeant avibus, etiam atque etiam rogamus.

§. I.

PArantes viam in latiorem propoſiti noſtri campum ante omnia per tranſennam videamus neceſſe eſt more majorum, imprimis *JCtorum l. 1. §. 1. de pact. l. 1. de Injur. §. 2.* unde deſcendant vocabula, & quid ſit res pro themate ſubſtrata? Coryphæi loco erit vox: *Privilegium*, quod, ſub proteſtatione, hic non aliter ſumi volumus, quam pro *priva* vel *ſingulari lege* aut Conſtitutione, quoniam veteres priva, quæ nos ſingula dixerint. A. GELL. *Noct. Attic. lib. 10. c. 10.* CIC. *pro domo. l. 16. ff. de LL. & paſſim Dd. & Lexicographi.* Hoc loco autem late ut in *Inſt. §. 8. de J. N. G. & Civil.* pro quacunque conſtitutione vel in alicujus odium vel favorem edita intelligendum, unde etiam privilegia vel *odioſa* vel *favorabilia* originem ſuam traxerint. *l. 1. §. 2. ff. de Conſt. princip.* quoad prius, cum princeps pœnam ordinaria graviorem propter exemplum dictitat, quoad poſterius autem, cum alicui ob merita & alias cauſas indulget. *Supplicium* accipitur pro pœna capitali, ideo etiam *mors ſola ultimum vocatur ſupplicium l. 21. ff. de pœn.* Sic enim paſſim in jure noſtro legitur *ſupplicium rotæ, patibuli &c. &c.* *Damnatus* idem ac condemnatus dicitur ultimo ſupplicio afficiendus, v. HIRSBACH. *Diſſ. de regal. Vitemb. 1618. & ibi alleg. Dd.* Ut ita ad *ſuppli-*

Digitized by Google

cia damnati alias vocentur *perſonæ miſerabiles* ſive potius miſeria habiles, arme *O. C. art. 79.* arme Sünder/ Delinquenten/ Verurtheilte/ die uf Leib und Leben ſitzen. Et tantum de his, cœtera relegamus ad cathedram philoſophicam & ad Grammaticos anatomias vocabulorum in deliciis habentes.

§. II.

Damnatus autem ad ſupplicia ſemper præſupponit vel confeſſum vel convictum *l. 16. C. de pœn.* ORD. CRIM. CAROL. *art. 22.* Es iſt zu mercken ꝛc. ꝛc. denn ſoll iemand zu peinlicher Straffe verurtheilet werden/ das muß aus eigen Bekennen oder Beweiſung ꝛc. ꝛc. beſchehen/ und nicht auf Vermuthung oder Anzeigen. V. VIGELIVS *ad dict. Ord. & Dd. ibi alleg. p. m. 100.* Neutiquam vero illicitis mediis veritas extorquenda, multo minus ſuperſtitioſis, qualis eſt potio iſta, quam carnifices ſagis hauriendam præbent ante torturam, cujus ingredientia DIETHER. *in addit. ad* BESOLD. V. Heren refert, nimirum ein Trunck Bier/ 2) ein wenig gerieben Brodt/ 3) ein Hecht-Creutzlein geſtoſſen/ 4) ein wenig Schwartz-Kümmel/ &c. *m. f. p.* Totoque errant cœlo, qui fundamentam illiciti hujus modi extorquendi veritatem in ſacris literis quærere tentant & quidem *Numeror. Cap. 5. v. 18.* Potio enim iſta amara, bitter verfluchte Waſſer/ non tortura ſed pœna ipſa fuit. V. *Illuſtr.* STRYCK. *de jur. ſenſ. diſſ. VI. c. 4. & diſſ. VII. c. 3.* Nec ſola delinquentis Confeſſio ad condemnandum & pœnam ordinariam infligendam *l. 29. §. 1. de Prob.* ſufficit, hic quoniam & errare & metu percelli, & tædio vitæ ſibi excidium parare poteſt. TABOR *de Confront.*

 §. III.

Digitized by Google

§. III.

Conſtet igitur ante omnia de corpore delicti, debeat Judex omnes ejus qualitates imo & circumſtantias loci, temporis aliarumque rerum & teſtes generaliter de facto perpetrato examinare, aut ut IMPERATOR loquitur: *Res munita ſit idoneis teſtibus, vel inſtructa, apertiſſimis documentis vel indiciis ad probationem indubitatis & luce clarioribus expedita l. fin. 25. C. de probat.* His vero deficientibus pœna ordinaria capitalis in fuſtigationem & perpetuam relegationem transmutatur: Werden dieſelben geſtallten Sachen nach und weil man wegen der Corporum delicti allenthalben gnugſame und völlige Gewißheit nicht erlangen können/ mit Staupenſchlägen des Landes ewig verwieſen. V. R. W. Sic *Scabin. Lipſ. pronunc. Menſ. Jul. 1677.* Confeſſio autem ſit veritati congrua, & 2) ſi ſub tortura facta, legitime ratificata, hoc eſt, poſt legitimum intervallum tertium diem non excedens, & ad minimum poſt diem & noctem, ſic *pronunc. F. J. L. M. Dec. 1703.* teſte *Magn.* MENCKENIO *in ſynopſ. ff. coram* Judice, Aſſeſſoribus & Actuario & quidem Notario reiterata. *Ord. Crim. art. 60.* Non enim id, quod in tortura confeſſus eſt, ſed quod remiſſa tortura fatetur, ſcribendum *alleg. o. c. art. 58.*

§. IV.

His omnibus rite peractis, præſertim ſi etiam media defendendi delinquentem vel precibus ipſius vel ex officio a judice ſint adhibita, *non enim inaudita cauſa & indefenſum quenquam damnari æquitatis ratio patitur. l. 1. ff. de requir. vel abſ. damn.* præparatoria fiunt ad inſtantem mortis horam ſive *Executionem.* Hic omnium

A 3 pri-

Digitized by Google

primum nobis occurrit *publicatio* ſcilicet *ſententiæ* capitalis, contra quam hodie nulla remedia devolutiva, multo minus ſuſpenſiva admittuntur *l. 2. C. quor. appell. non recip.* & per obſerv. totius Imperii v. Peinl. Sachſ. *Inquis.* und Achts-Proceß *tit. XIII. art. 1. & ibi alleg. Dd.* Differtur tamen interdum Executio ob has vel illas cauſas e. g. metum tumultus, in fœmina gravida *l. 3. ff. de pœn. ob* indicia alterius gravis criminis & alias. v. BRVNNEMANN *Inquis. Proc. c. 10. &* SCHOEPFF. *ſynopſ. jur. priv. lib. XLIIX. tit. 19.* Non autem ſi à parte condemnati temeraria ſuperveniret revocatio confeſſorum, ut toto die Dicaſteria pronunciari ſolent. Nec prodeſt provocatio ad *Vallum Joſophat*, cujus fundamentum fortaſſe *Gen. IV. v. 10.* deines Bruders Blut ſchreyet zu mir von der Erden/ & exempla ejusmodi provocationis videre licet *II. Paralip. XXIV. 22. Jerem. XI. v. 20. Galat. V. 22. & alibi.* Hoc loco enim non innocentem, ſed patrati criminis legitime convictum & confeſſum præſupponimus, judex etiam omnia auf ein-geholten Rath der Rechts-Gelehrten peragens, ne hoc quidem exalbeſcat.

§. V.

Dies Executionis *triduo* ante damnato denuncianda, quo rite ſe ad mortem præparare poſſit; O. C. *art. 79.* Et quoniam in impoſitione pœnarum *Juſtitia Commutativa*, *ideo* quoque Vindicativa dicta TITIVS *ad* PVFFEND. J. N. & *Gent. obſ. 654.* adhiberi ſolet, ſic regulariter nec Nobiles & qui cum iisdem pari gaudent privilegio, nec ſtudioſi nec artifices & quidam alius præ alio mitiori gaudet ſententia; non enim nobilis,

biliſ, non ſtudioſus, ſed fur, homicida & latro punitur; nec intereſſe privatum intereſſe publico præferendum *l. 4. C. ad L. Jul. Maj.* Delinquens enim certo modo ad pœnam obligatur, hanc igitur obligationem ſi expleverit, tunc demum juſtus dici poteſt. Ut laudatus TITIVS in *obſerv.* ad *Puffend. all. loco* loquitur; Nos equidem non præterit, judicem ex conditione perſonarum pœnas quoque interdum æſtimare *l. notab. 4. §. 1. ff. de Incend. ruin. naufrag. &c.* Sed hoc tantum de pœnis arbitrariis neutiquam vero capitalibus intelligendum; hic enim mollior legibus ſub pœna gravis infamiæ eſſe non debet. *l. 8. C. ad L. Jul. de vi publ. & Nov. 82. cap. 10.* JOH. LIMNÆVS *Lib. VI. de Jur. Publ. C. 4. n. 65.* Quin imo milites incertis delictis graviori præ aliis ſunt afficiendi pœna *l. 14. ff. de pœn.* Quoad *Clericos* delinquentes ſingulare occurrit *privilegium odioſum*; quoniam enim in iis delictis, quorum pœna capitalis die an Haut und Haar gehen/ ceſſat juriſdictio Eccleſiaſtica ORD. ECCL. SAX. *tit* von Freyheiten der Kirchen-Diener §. Was aber v. aber die hohen &c. it. *ſub tit.* von beyden *Conſiſtoriis* c. 10. hinc brachio ſeculari puniendus traditur, antecedente ſolenni degradatione, cujus forma videre eſt in *cap. 2. degradatio X. de pœn. in 6to.* his ſe finiens verbis: „*Autoritate* Dei *omnipotentis* „*& Filii & Spiritus Sancti ac noſtra tibi auferimus habi*„*tum Clericalem & deponimus, degradamus, ſpoliamus &* „*exuimus Te omni ordine, beneficio & privilegio Clericali.* v. KNORR. *de pœnit. Eccleſiaſt. c. 8. p. 156.* Et dein nec immunitatem a tormentis nec pœna ordinaria contr. Mehring de *privilegiis paſtorum §. IX.* habeant, ſed nos

potius

potius in ſententiam à contrario ibi alleg. Dd. tranſimus. Aſt tantum abeſt, ut principum ſummam in republ. tenentium poteſtatem jus aggratiandi per modo tradita imminuere ut potius illud ſalvum atque illæſum manere velimus, præſertim ſi juſta remittendi vel mitigandi pœnam adſit cauſa, & quoniam minima, præſertim in Criminalbus, circumſtantia totam variare poſſit rem, *l. 5. §. fin. ff. de remilit. it. l. 31. ff. ad beſtias damn. de pœn.* PETR. HEIGIVS *P. II. qu. 24. n. 33. j.* memorabile exemplum *Jonatham filii Saul regis 1. Reg. XIV. v. 45.* ipſeque Deus juſtiſſimum illud Ens atrociſſima quam ſæpiſſime delicta aut plane non aut mitius puniverit, ut *Cain, Iſraelitæ, David* & innumeri alii exemplis ſuis illuſtrant. Præprimis autem in omnibus judiciis pœnalibus & ætati & imprudentiæ ſuccurritur. *l. 108. d. diverſ. reg. jur. antiq. & Ludwell ad h. l.* D. CHRIST. SCHLTZ *diſſ. de delictis puerorum Altdorff. 1683. hab. it.* KLENGELII *diſſ. de juribus ætatum diſſ. Vitenb. 1660.* Moris erat olim, ut pater filio familias delinquenti in graviſſimis quoque delictis ipſe pœnam dictitare & mitiorêm reddere poſſet, *l. 13. ff. de re milit. §. 6. l. fin. C. de patr. poteſt.* quin imo Judex eam in pronunciando ſequi teneretur, quod aliquo modo ipſo Juri divino *Deutero, XXI. v. 18.* congruum videbatur, ſed ne nimium poteſtati paternæ ſive potius [illegible] præſertim in præjudicium reipubl. indulgeretur, jam dudum ab hac ſententia diſceſſerunt tribunalia noſtra, ut & Romani ipſi *l. ſi filius C. de patr. poteſtate it. l. 2. ff. ad L. Cornel. de ſicar. j. l. qui Juriſdict. 10. ff. de Juriſd.* Nec filius etiamſi vellet pro patre ad ultimum ſupplicium

Digitized by Google

cium damnato pœnam mortis ſubire poteſt & debet; hæc enim manet ſuos autores & innocenti filio patris delictum pœnæ eſſe nequit *l. 2. §. 7. ff. de Decur.* unusquisque etiam ex ſuo admiſſo ſubjicitur ſorti *l. 26. ff. de pœn.*

§. VI.

Ceſſante igitur gratia hominum, *condemnatus* ad ſummi Numinis clementiam refugium ſumere debet, quapropter etiam Clericis, amicis & aliis commemorabili pietate præditis aditus ad illum patet *per Ord. Crim. art. 79.* quo juſtificandum præparent ut pœniteat, peccata confiteatur, & Deum iratum precibus ſibi reconciliatum reddat; Ubi incidenter notandum, confeſſionem delinquentium à confeſſionario minime ſub gravi pœna propalandam, etiamſi hoc Magiſtratus exigeret Politicus. ORD. ECCL. *art. gen. 7.* & ſi nihilominus fieret, complices delicti neque ad inquirendum neque ad purgatorium gravarentur. V. KNORR. *de pœnit. Eccl. Cap. II.* CARPZOV. *lib. III. Jurispr. Eccl. tit. 11. def. 25. Perilluſtr.* WERNHER. *in princ. jur. Eccl. Cap. VI. §. 53.* BEIER & TILESIUS *de ſigillo confeſſ. & alii;* ſed confeſſionarii tritum illud B. LUTHERI: Ich D. Martinus weiß nicht um/ ſondern Chriſtus weiß es/ mit welchem ſie geredet hat/ denn ich höre nicht Beicht/ abſolvire auch nicht/ ſondern Chriſtus. Sibi commendatum habeant in Tiſch-Reden *c. 14.* niſi ipſe pœnitens ſacerdoti licentiam revelandi audita concederet. Non autem neceſſario requiritur, ut ad mortis ſupplicium condemnatus, publice in Eccleſia deprecetur, aut hoc nomine ſuo ante Executionem in facie Eccleſiæ è ſuggeſtu fie-

B ri

226

ri curet; ſatisfacit enim morte ipſa populo. *alleg.* KNORR. *de pœnit. Eccl. cap. 5.* Si tamen tam mirifica in reo eſſet improbitas, ut ſperneret admonitiones ſerias & preces Clericorum, ſacramque ſynaxin, nec ulla quidem ullum ſubiret pœnitentia, nec Deum nec hominem ſibi iterum reconciliare vellet, tunc nihilominus ſententia Executioni demandanda, JUL. CLAR. *Pr. Crim. §. fin. Lib. V. quæſt. 97.* reliquumque juſto Dei judicio relinquendum & pronunciari ſolet: Sondern auf ſeinem verſtockten Sinn verharren thäte; So würde nichts deſtoweniger mit der zuerkannten Straffe/ vermöge unſers vorigen Urthels/ wider ihn billig verfahren. CARPZ. *Pr. Crim. part. III. qu. 137. n. 28.*

§. VII.

Hujus farinæ delinquentes ante Executionem in vinculis & notoria impœnitentia ſi moriantur vel in honeſta vel aſinina etiam afficiuntur ſepultura *per Can. 31. Cauſ. 13. qu. 2.* multo magis αὐτόχειρες ſibimet ipſis propter commiſſum flagitium aut ex deſperatione per ferrum, venenum, ſuſpendium aut quolibet alio modo violentam inferentes mortem, nemo enim membrorum ſuorum dominus *l. 13. ff. ad L. Aquil. Deut. 32. v. 39.* caninam, quia videntur & beſtiæ abhorrere crimen, ut ſibi ipſis vitam adimant, merentur ſepulturam; & carnifex neſanda cadavera ſub tecto vel per feneſtram dejecta vel ſub limine extracta & ferctro vulgo Schinder-Karn impoſita in loco infami ohne Geſang und Geläute in terrorem & exemplum aliorum PETR. HEIG. *P. II. qu. 37.* inter ſtercora projicit. *tot. tit. C. de bon. eor. qui ſibi mort.* BÖHMER. *de jur. deneg. Commun. Comet. p. 56.*

36. CARPZ. *lib. II. Juriſpr. Conſiſt. def. 376.* Neutiquam vero carnifex, quæ circa horum Cadavera, infra ſurſum & deorſum gladio attingere poteſt ſibi arrogare debet. ECKOLD. *ad tit. ff. d. LL.* ſed mercedem à Magiſtratu jurisdictionem exercente exigat; niſi contraria conſuetudo quibusdam in locis inveterata ſit. v. PHILIPP. *diſſ. de ſumt. funer. cap. IV. Lipſ. 1684. habit.* Aliud vero ſtatuendum de his, qui ex melancholia, furore vel alia animi impotentia ſemetipſos vita privant. v. *alleg.* CARPZ. *alleg. loc.* & *Illuſtr.* WERNHER. *in princ. juris Eccl. cap. XV. §. 6.* ſufficit enim furore ipſo eos fuiſſe punitos *l. 9. ff. de Leg. Pompej. de parricid.* & moderatæ permittuntur ceremoniæ, ſine campanarum pulſu, ita ut interdum loco hymnorum funebrium pœnitentiales adhibeantur. BÖHMER. *de jur. parochial. Sect. IV. cap. II. §. 2.*

§. VIII.

Condemnatus plenarie confeſſus & convictus ante Executionem in vinculis moriens morte naturali, nihilominus interdum Executioni traditur, ſic ex conſilio *JCtorum Magdeburgenſium* militem dicta ſententia ante ſupplicii diem mortuum ſellæ alligatum capite truncatum, caput vero rotæ in conſpectu totius concionis impoſitam fuiſſe legimus. v. BEYERUS *de Expenſ. Execut. Criminal. c. 15.* quod & hodie in atrociſſimis Criminibus, e. g. læſæ Majeſtatis, veneficii &c. fieri ſolet; In minus atrocioribus autem non, tunc enim pronunciatur: Hat N. N. in guten bekannt/ daß er einen Jungen von 15. Jahren mit dem Stock zu tode geſchlagen/ &c. &c. Dieweil aber dennoch derſelbe/ Euren Bericht nach/ an der

Digitized by Google

Schweren-Noth geſtorben; So mag wider ſeinen Cörper ferner nichts vorgenommen werden/ ſondern es wird derſelbe von Todten-Gräber auf den gemeinen Kirch-Hof/ iedoch ohne die gewöhnlichen Ceremonien billig begraben. V. R. W. *à Dn. Scabin. Lipſ. 1608. Menſ. Jan.*

§. IX.

Per tranſennam hic intactum relinquere non poſſumus *privilegium illud favorabile* damnatorum, ubi delinquens ante omnia noſtris moribus de omnibus ſuis bonis in carcere valide teſtari poteſt; Servi pœnæ enim *l. 29. ff. de pœn.* ceſſant; ceſſante igitur ratione, ceſſat lex ipſa; nec hodie damnatorum bona regulariter confiſcantur, ſed ad heredes tranſeunt *p. auth. bon. damn. C. de bonis proſcript. j. Nov. 134. c. 13.* de quo pluribus videre eſt CARPZOV. *Pr. Crim. P. III. quæſt. 135.* KLEEN *de teſtat. caut. c. 2. n. 139.* STRUV. *de teſtam. poſit. III. ſub lit. b.* quin imo ipſe SERENISSIMVS SAXO CONST. *VI. P. III.* So conſtituiren/ ſetzen und ordnen wir/ daß diejenigen/ ſo auch gleich zur Todes-Straffe verdammet und verurtheilet/ ihrer Güter halber und von alle dem / ſo ſie nach ihrem Tode verlaſſen / Teſtament machen ꝛc. ꝛc. V. CARPZ. *Juriſpr. forenſ. ad dict. Conſt.* Nec ipſas Veneficas & ſagas hoc privilegio privare volumus, præſertim ſi pœnitentiam egerint & converſæ fuerint. V. SCHÆFFER *de ſtat. viduit. mutat. P. IV. cap. 5.* propter generalem allegatæ Conſtit. tenorem, & quoniam eorum bona neutiquam fiſco cedunt.

§. X.

Sed quam ſæpiſſime fieri ſolet, ut condemnati ruptis vinculis abeant & è manibus cuſtodientium ela-

elabantur, hinc Magiſtratus jus gladii habens fugitivum perſequatur, etiamſi in alienum ſe conferat territorium DAMHOVDER *Pr. Crim. c. 15. n. 35.* captum tamen contra voluntatem Domini territorialis extrahere non licet. conf. *Rec. Imp. de Anno 1551. §.* So nun in ſolcher Nachteyl. ſive in tergis fugientium vel latitantium literis incarceratoriis hærere debet per implorationem officii alterius judicis, cujus requiſita recenſere hic noſtrarum non eſt partium, ſed remittimus lectorem ad Dd. hanc materiam ex profeſſo tractantes præſertim ECKOLD. de *lit. incarc. patent. diſſ. per. tot.* finis autem eſt, ut fugitivis denuo catenæ injiciantur & ad locum commiſſi delicti vel ubi antea inquiſitio jam jam formata fuerit datis literis reverſalibus remittantur *l. 7. & II. ff. de Cuſtod. & exhib. reor.* CARPZOV. *Pr. Crim. P. III. qu. 110.* Quodſi vero hujus copia haberi non poteſt; aut *Executio in effigie* fieri ſolet. JVL. CLAR. *Pr. Crim. qu. 44.* præſertim in Criminibus enormiſſimis reo abſente & cauſa cognita convicto non aliter ac ſi præſens eſſet, effigies eodem modo tractatur; aut proceſſus inſtituitur bannitorius; hic poſterior enim tantum in delictis capitalibus locum habet: Land-R. *lib. 1. art. 67.* Um anders keine Klage ſoll man den Mann ächtigen/ ohne um die/ die an den Leib oder an die Hand gehet. & in hoc à priori procedendi modo differt, ut bannitus certo tantum modo pro confeſſo & convicto habeatur & à quolibet ad ulteriorem Proceſſum legitime formandum capi queat, tunc defenſione audiendus, & non niſi plenarie confeſſus & convictus occidi debet, quapropter etiam bannitorium Proceſ-

ceſſum magis ad Accuſatorium referendum eſſe putamus v. *plur.* CARPZOV. *Pr. Crim. P. III. qu. 140. & innumeri alii.* Intactam hic relinquere non poſſumus horrendam illam Præconis vocem, quæ in ejusmodi Proceſſus genere am Kampff-Ger. des Land-Ger. zu Francken uſitata fuit, der Richter tritt vom Stuhl/ wendet ſich gegen Orient und ſpricht :c. Wir erlauben dich auch männigl. auf allen Straſſen/ und wir weiſen dich in die vier Straſſen der Welt in dem Nahmen des Teufels bey den Eiden in der Sach. v. BICCIVS *de clamore & ibi alleg.* LIMN. *ad Capit. Carol. V. art. 22.* ſed mitiorem in imperio & foro Saxonico procedendi modum reperies ap. CARPZOV. *cit. loc.*

§. XI.

Tranſitum facimus ad clamorem violentiæ das Zeter ſive potius Citir-Geſchrey/ cujus veſtigia etiam in bibliis Germ. reperiuntur, e. g. *Jer. XII. v. 6. Amos III. v. 9. Judith. XIV. v. 16.* per quem delinquens ipſo die Executionis in loco publico e. g. Curia, foro, per fiſcalem, cujus officio plerumque carnifex fungitur, accuſatus ad reiterandam publice vor dem hoch nothpeinl. Hals-Gerichte confeſſionem ſuam citatur, & hac facta denuo per fractionem baculi judicialis reliquisque peractis ſolennitatibus *Ord. Crim. Carol. V. art. 82. & 87.* condemnatus, carnifici ad exequendam ſententiam traditur, & quoniam præſens judicium Criminale ejusdemque ſolennia de ſubſtantia hujus Proceſſus ſunt, hinc ſine periculo nullitatis omitti nequeunt, quod tamen accuſatoris clamorem attinet, hic nach jedes Gerichts guten Gewohnheit/ *per Ord. Crim. art. 87.* fie-

fieri ſolet. v. *plur.* MASCOV. *diſſ. de clam. violent. Gryphiswald 1687.* it. BICCIVS *de clamore Cap. III. th. 13.* Quibusdam in locis per campanæ ſonitum, der Schand oder Diebs-Glocke/ Judex, Scabini cum ſpectatoribus ad tremendum illud judicium invitantur, forſitan ad imitationem, quoniam olim ob facinus ſupremo ſupplicio afficiendi, nolas geſtare ſoliti fuerint, ne quis inter eundum contactu eorum piaculo ſe obſtringeret. *Ord. Carol. art. 82.* v. etiam LVDOVICI *de eo, quod juſtum eſt circa campanas Hal. 1708. §. 45. & 46.* ſed campana audita exeamus ad ſupplicium ipſum.

§. XII.

Inter eundem autem nobis occurrunt adhuc varia refugii genera ſive potius aſyla, per quæ condemnatus immunitatem contra vim & ipſam mortem ſibi comparare tentat; Quod vero aſyla tam ab Imperatore quam à territorii cujusvis domino merum imperium habente conſtitui poſſint, res expediti juris erit. v. LVDER. MENCK. *Synopſ. ff. lib. XLVIII. tit. 19. §. 20.* hæc quoniam ſpecies juris aggratiandi, quin imo ipſo jure divino, præſertim in homicidio culpoſo, inopinato & reliquis citra propoſitum admiſſis delictis *Deut. XIX. v. 4. Exod. XXXIV. v. 6. 25.* fundata ſunt. His tamen contra intentionem ſummi legislatoris *Deut. XIX. v. 12.* abuti nequit; ſic ad ſupplicia trahendus in templa, monaſteria aut ſcholas confugiens per magiſtratum competentem extrahendus eſt, ut hæc in ſpecie quoad ſcholas præjudicio quodam *F. J. L. M. Jun. 1702.* corroborat *all.* MENCKEN. *all. loc.* ne illud Chriſti *Matth. XXI. v. 13.* Ihr aber habt eine Mörder-Grube daraus gemacht/ confirma-

maretur, v. *latius de his* SCHNEIDER. *de Crimin. gratia Cap. II. §. 19.* nec ſtatuæ principum tali gaudeant immunitate *l. 28. ff. de pœn. l. un. C. de his, qui ad ſtat. confug.* multo minus Diis hominibusque approbantibus feciſſe putamus veteres Romanos, quod *Veſtalibus* concederent, etiam ſolo occurſu ad ſupplicia ducendum morte liberare ALEX. ab ALEX. *Gen. dier. lib. V. c. 12.* KORNMANN. *Tr. de Virginitat. jur. c. 55.* Ad quarum exemplum per pileum capiti impoſitum aut injecta tantum manu condemnatum poſthæc libertate & vita donare etiam *Clerici* cuperent, quam irrationalem denique conſuetudinem Theodoſius Imperator *l. 15. C. Th. de pœn.* vetuit. Nec *filio regis,* nec *Cardinalibus* dignitate regia perſpicuis, v. *alleg.* KORNMANN. LYNCKER *de jure occurſus diſſ. Jen. 1686. cap. 1.* JUL. CLAR. *Pr. Crim. §. fin. qu. 98.* tantam tribuere valemus licentiam; ſed pro injuſtis hujusmodi privilegia declaremus neceſſe eſt, de facto quoniam & propria autoritate introducta ſunt, & curſum juſtitiæ impediunt. Lubentiſſime tamen concedimus, dictitatam pœnam horum interceſſione in mitiorem e. g. ſupplicium rotæ vel patibuli in gladium ſalva juſtitia transmutari poſſe. Nunquam autem ejusmodi jus aggratiandi furibundo populo ut Judæis olim *Matth. XXVII. v. 15. Marc. XVI. v. 15.* concedendum. „*Vanæ populi voces non* „*ſunt audiendæ; nec enim vocibus eorum credi oportet,* „*quando aut noxium crimine abſolvi aut innocentem conde-* „*mnari deſiderat. l. 12. C. de pœn.* Deridenda denique magis albis dentibus quam approbanda conſuetudo, ubi *puellæ* ſ. meretrici ultimo ſupplicio damnatos in

ma-

Digitized by Google

matrimonium petenti venia ipſos liberandi datur, niſi cum *Dd.* à JUL. CLAR. *Pr. Crim. qu. 98.* & KORNMANNO *ſupr. cit. cap. 51. alleg.* ſtatuere velles: *majus eſſe ſupplicium ducere uxorem, quam mori & qui ducat uxorem, deſcendere tentet in orcum.* Dantur tamen caſus, v. g. in puella per vim honoris & pudicitiæ ſuæ deprædata, quæ pro reo intercedens eidemque nubere cupiens, mutata pœna capitali in relegationem perpetuam ii aſſociatur: Es wäre denn/ daß das Mägdlein ſelbſt ihn zur Ehe begehren und haben wolte/ auf dem Fall möchte ihm aus Gnaden die Todes-Straffe erlaſſen werden/ er würde aber gleichwohl nach vollzogner Ehe des Landes ewig verwieſen/ und ſie wäre ihn mit weſentl. Wohnung zu folgen ſchuldig V. R. W. CARPZOV. *Conſt. 20. P. IV. def. 7.* idem obtinet *in Electoratu Saxoniæ* in adulterio ſimplici & extra Saxoniam quoque in adulterio duplicato ad interceſſiones conjugum. CARPZOV. *all. l. Conſt. 19. def. 10. & 11.*

§. XIII.

Suſcipiant igitur pœnam ſuo ſcelere dignam, mactenturque ultimo ſupplicio; quos ipſa natura, ſacræque leges vita indignos judicarunt; ſed ne plane etiam à cœli ſeptis arceantur, majori cura ſalutem animæ perſequamur; hinc ut ſupra jam jam monuimus, illis ſubveniant Clerici precibus, adhortationibus ſeriis ad pœnitentiam & patientiam JUL. CLAR. *all. l. qu. 99.* & ſolatio ex limpidis Iſraëlis fontibus mactandos erigant, & donec rebus humanis miſerabili morte eripiantur, comitentur *O. C. art. 102.* hic non præſupponamus Clericos tam perditis moribus, qui damnatum

C de

Digitized by Google

de eo, quod confeſſus ſit, rurſus negando moneant, quorum meminit *O. C. art. 103.* ſed memorabili potius pietate præditos, & ſemper ſi copia eorum haberi poſſit, illi, cui damnatus, addicti religioni, præſertim quod tres in imperio Romano Germanico toleratas religiones attinet, accerſendi, ne conſcientia ejus reddatur dubia.

§. XIV.

Poculum hilaritatis, quod ad ſupplicia ducendis in via etiam porrigi ſolet & debet *per Conſt. Crim. art. 79.* nullo modo ſpernimus, ſed ut conſuetudinem antiquis etiam temporibus cognitam merito aſſervamus; ſic pœna mortis afficiendi ante diem Executionis apud Ægyptios de menſa regia cibos capiebant ERASM. *Chiliad. 3. Cent. 3. n. 7.* & Judæi *thus* & *myrrham* vino immixtam juſtificandis ad bibendum porrigebant *Marc. XV. v. 23.* hac forſitan intentione, ut eo facilius mœrorem animi propter inſtantem mortis horam remitterent, juſſu regis *Lamuel Prov. XXXI. v. 6.* Gebet ſtarck Getrancke denen / die umkommen ſollen / und den Wein den betrübten Seelen / daß ſie trincken und ihres Elendes vergeſſen / und ihres Unglücks nicht mehr gedencken. Id quod Romanos etiam in uſu habuiſſe teſtatur PLINIUS *lib. XX. c. 13.* Abominandus tamen eſt abuſus ubi mens nimio vino gravata cœleſtia ne quidem cogitare valet, quod annuit ipſa *Conſt. Carol. art. 79.* Und ihm in den Ausführen und ſonſt nicht viel zu trincken geben / dadurch ſeine Vernunfft gemindert werde. Interdum etiam in delictis locus eſt *judicio fortunæ*, da ſie loſen / würffeln oder ſpielen / quando plures deliquerunt, & hic modus lege

C divi-

Digitized by Google

divina *Exod. XXXII. v. 27. Civili l. 38. ff. de pœn.* & moribus comprobatur; non enim ſemper reipubl. expedit, ut de omnibus ſupplicium ſumatur LUDOVICI *diſſ. de judicio fortunæ, Hal. 1702.* Quoniam igitur ſupplicium in propinquo eſt, omnibus modis prudens Judex collaborare tentat, ne condemnatus haſtam abjiciat, & ſibi deſperet; hinc ejus deſideria præſertim haud injuſta aut nullius momenti ſalva conſcientia omnino concedendo explebit, indiſtincte autem petitiones turpes, ridiculas & contra intereſſe reipubl. tendentes minimæ ſunt audiendæ; nec veſtibus inſolitis riſui plebis exponendi, ut ſagæ in *Hiſpania*, man ſetzt ihnen eine papierne Mütze aufn Kopff/ ſo mit allerhand Farben bemahlt/ und mit Zeddeln beſteckt/ auf welchen alle ihre Verbrechen nahmhafft gemacht werden. v. der Gräfin D'AUNOY Reiſe nach Spanien, *P. I. ep. 7. p. 218.*

§. XV.

Executio ipſa ſecundum literalem ſententiæ tenorem peragenda, in loco conſueto præſertim publico, ut exemplum puniti alios deterreat *l. 6. ff. de pœn.* præprimis vero judex Executori ſententiam publicare, ſecuritatemque contra vim præſtare debet *per ſæp. alleg. O. C. art. 97.* ſoll der Richter öffentl. ausruffen und verkündigen laſſen/ und von der Obrigkeit wegen bey Leib und Guth verbiethen/ dem Nachrichter keinerley Verhinderung zu thun/ auch ob ihm mißlinge/ nicht Hand anzulegen. & puniebatur olim pœna capitis condemnatum vi è manibus juſtitiæ rapiens *l. 4. ff. ad L. Jul. Maj.* Quodſi vero carnifex contra tenorem ſententiæ miſerum reum vel ex ignorantia vel culpa cruciaret, tunc omnino ar-

231 Digitized by Google

bitrarie puniendus erit. Cuilibet enim in ſua arte, quam publice profitetur, credendum & hinc ad *interr. Senat. Torgav.* pæna fuſtigationis dictitata fuit à *Scabin. Lipſ. Menſ. Jan. 1688.* & in qualibet arte imperitia culpæ annumeratur *l. 8. ff. ad L. Aquil.* & ſic quoque pronunc. *F. J. L. M. Febr. 1715.* in caſu, ubi carnifex præter modum delinquentem ſub tortura tormentis affecerit: Ante omnia vero factum illicitum accuratiſſime inquirendum, quia artifici non facile quicquam imputari poteſt *l. 6. §. 7. ff. de offic. Præſ.* & ubi deficit animus delinquendi, etiam non omnis eventus contra voluntatem attingens præſtandus *l. 5. §. 3. ff. ad L. Aquil.* Superfluas etiam Executor in ipſo actu Executionis vitet ceremonias, daß er um Verzeihung bittet / ſed potius memor ſit officii, Executio enim juris nil affert injuriæ *l. 13. & l. 33. ff. §. 5. de injur.*

§. XVI.

Hæſitamus quoque, an approbanda an improbanda ſit conſuetudo, damnatos ipſos in Executione ob has vel illas cauſas vel intuitu ſtatus vel admiſſi criminis diſtinguentes, ſic in Hiſpania moris eſſe legimus wann ein Cavalier den andern in Duell erlegt / ſo wird ihm der Kopff von fornen her abgehauen / hat er aber einen Meuchel-Mord begangen / ſo wird die Execution von hinten zu verrichtet. *v. ſupr. alleg. itin. P. I. cp. 4.* Pari modo *privilegium illud* Judæorum *odioſum* ſpernimus, ubi non a collo ſed à pedibus quibusdam in locis ſuſpenduntur. Gaudent enim legibus Imperii Romani communibus, conſequenter etiam ſecundum has judicandi *l. 8. C. de Judæis.* Land-R. *lib. III. art. 7. v.* über den

Ju-

Juden / ſo einen Chriſten erſchlägt / richtet man als einen Chriſten. Quapropter merito Jura Saxonica ejusmodi conſuetudines abhorrent CARPZOV. *P. IV. Conſt. 32. def. 22.* Simili modo horrendæ illa ſolennitates circa præſtationem juramentorum in Judæis Saxonibus olim uſitatæ: Da muß der Jude ſtehen auf einer Schwein-Haut / die Junge gehabt binnen 14. Nächten / die Haut ſoll man aufſchlagen bey dem Rücken / und ſie breiten auf die Zitzen / da ſoll der Jud aufſtehen barfuß und nichts an haben / denn ein Nieder-Kleid und Härin-Tuch um ſich / alſo iſt ſein Recht / jam dudum abrogatæ. v. *Schamberg diſſ. de jur. digit. cap. II. §. 13. Lipſ. 1715.* Quod ſi vero tam mirifica in hujus generis damnato eſſet improbitas, ut etiam ſacratiſſimum Chriſti nomen & fidem noſtram moribundus quoque violaret ac imminueret, tunc omnino in exemplum aliorum non ut homo, ſed ut bellua forma hominum induta, puniendus erit. Nec ejusmodi modus unice in Judæorum odium inventus, ſed jam dudum quoque in ſic dictis Chriſtianis in propria agentes viſcera, e. g. parricidis, infanticidis fuit receptus, quod aſperrimum crimen Juſtiniano audit *l. 6. J. de publ. jud.* His enim culeo inſitis & in aqua ſuffocandis aſſociatur ein Hund / Hahn / Schlange oder Affe / *per l. 9. ff. ad leg. Pompej. de Parricid.* ſic ſonantem: *Parricida virgis ſanguineis verberatus deinde culleo inſuitur cum cane, gallo gallinaceo & vipera & ſimia; dein in mare profundum culleus* jactatur. Cujus rationem exprimit *Gloſſ. in* Land-R. *lib. 2. art. 14. v.* nun mögſt du ſagen 2c. 2c. & FRANCISCI Schau-Bühne *P. I. p. 1125.* ad indicandum, ejus farinæ hominem

nem

nem belluas ipſas immanitate multis ſuperaſſe paraſangis.

§. XVII.

Rupto laqueo in terram incolumis cadens vel ſi primo ictu caput non amputetur vel ob alias Executionem ipſam impedientes cauſas condemnatus neutiquam pro innocenti declarandus, & libertate donandus, ſed ſententia de novo exequenda; donec verbis *Conſt. Car.* ſo wird er mit dem Schwerd oder Strang vom Leben zum Tode gebracht / per ultimum ſupplicium ſive mortem ipſam ſatisfactum fuerit. JUL. CLAR. *Pr. Crim. qu. 98.* id quod etiam in effigie patibulo affixis & imagine paulo poſt iterum dejecta vel delapſa fieri ſolet, denuo ſuſpenduntur, ut paucis abhinc annis Lipſiæ factum eſſe memini. Poſtquam enim fur legitime fuit condemnatus, conſtat nocentem eum eſſe, non innocentem; Abſurdum autem eſt, nocentem velle abſolvere contra Intereſſe Reipubl. *l. 51. ff. ad L. Aquil.* Executione ſic rite peracta judex ad interrogationem: Herr Richter hab ich recht gericht / reſpondere ſolet: Du haſt recht gericht / was Recht und Urthel mit ſich bracht hat / & quidem juxt. ductum *O. C. art. 98.*

§. XVIII.

Quod attinet punitorum cadavera, hæc vel terræ mandantur præſertim petentibus cognatis *l. 1. & 3. ff. de Cadav. punit.* & quoniam pœna, mortuo eo, in quem conſtituta videtur, deſinit *l. 20. ff. de pœn.* vel legibus publicis à ſepultura, ut exemplo ſint *l. 16. §. fin. ff. de pœn.* repelluntur, v. g. rotæ impoſiti & patibulo ſuſpenſi. Indignos enim vivorum conſortio jure meritoque etiam

iam indignos mortuorum conſortio judicamus *l. 1. ff. de Cadav. punit.* præſertim in delictis atrocioribus ut crimine læſæ Majeſtatis *per alleg. l. annuente l. 28. ff. de pœn. §. 15.* his verbis: „*Famoſos latrones, in his locis, ubi* „*grassati ſunt, furca figendos, compluribus placuit, ut &* „*conſpectu deterreantur alii ab iisdem facinoribus, & ſolatio* „*ſit cognatis & affinibus interemptorum eodem loco reddita* „*pœna, in quo latrones homicidia feciſſent*; cui adſtipulatur *Gloſſa* in Weichbild *art. 36.* inquiens: Man begräbt die Diebe ſelten/ damit daß man andre damit erſchrecket/ & ſecundum *Catullum*:

Effoſſos oculos voret atro gutture corvus,
Inteſtina canes, cætera membra lupi.

Id quod olim jam jam pœnæ loco fuiſſe teſtatur SVETON. *in vit. Veſpaſiani c. 2.* v. pluribus BÖHMER. *de jure denegand. Commun. Camer. diſſ. Hal. 1717.* Interdum quoque eorum cadavera membratim diviſa in locis perpetrati delicti eundem in finem ſuſpendi videmus; quin imo ſi doloſe à furca vel rota ſurripiantur, terræque alibi mandata reperiuntur, viciſſim effodi rotæque imponi ſolent ut pronunc. *F. J. L. M. Febr. 1701.* & pœna arbitraria contra ſurripientes locum inveniet. Simili modo pœna etiam poſt mortem manet in iis, qui duello perierunt, *c. 1 X. de torneament.* in ſacro enim ſepeliri prohibentur; Cui adſtipulatur SERENISSIMVS SAXO *in Duell-Mandat de anno 1712. §. 39.* diſtinctionem tamen quandam inter perſonas admittens ſequentibus: Im Fall einer oder beyde Duellanten auf dem Platze blieben/ und an denen bey der Action empfangenen Wunden verſterben: So ſollen die Cörper derer in §. 1. bemerckten Perſonen

auſ-

auſſerhalb des Kirchhofs oder an den Ort/ wo die Miſſethäter hingelegt werden/ durch den Toden-Gräber in der Stille begraben/ derer andern aber/ ſo darunter nicht begriffen/ durch den Nachrichter weggeſchafft und an Galgen gehenckt werden/ ubi etiam ſuſpenſi reliquuntur, niſi princeps diſpenſando ſepulturam concedat. *Perilluſtr.* WERNHER. *princ. jur. Eccl. cap. XV. §. 4.* Cognitione tamen Magiſtratus ante omnia opus eſt, ut ſint plenarie convicti, ut *pronunc. F. J. L. M. Nov. 1712.*

§. XIX.

Quod reliquum eſt, cadavera punitorum in terris Saxonicis niſi aliorum ad exemplum publico ſint ſpectaculo Anatomiis traduntur, ad ſalutem reipublicæ promovendam *arg. l. 33. ff. d. injur.* & quoniam, quod communiter omnibus prodeſt, hoc privatæ utilitati præferendum. *L. 14. C. de caduc. tollend.* V. VISITAT. DECRET. über 12. *decidi*rte Gebrechen bey der *Univerſität* Leipzig, den *11. Jul. 1616.* it. *Mand. d. 6. Jul. 1716. & d. 12. April. 1723.* V. etiam JVL. CLAR. *Crim. quæſt. 100. n. 3.* Allegatus tamen Anatomices favor tantus non eſt, ut etiam privatus cadaver liberi hominis nullumque promeritum ſupplicium pro lubitu ſtudioſo Medicinæ vel profeſſori vendere poſſet; defendit enim honeſte defunctum religio, vi cujus terræ mandari, neutiquam vero mutilari debet, transgreſſoresque pœna extraordinaria afficiuntur, ut *pronunc. Scabin. Lipſ. Menſ. Dec. 1720.* V. *doctiſſ. diſſ. Dn.* D. GEORG. CHRISTOPH. PLAZ *de religione ſepulcrorum §. 20. Lipſ. 1725.* habit.

§. XX.

Nullo modo autem cadavera punitorum ad terrorem

Digitized by Google

rorem viventium inſepulta relicta violari debent, ſed ſanctitas patibuli vel rotæ, quæ ideo etiam ſanctionibus certis ab injuria hominum vindicata ſunt, maneant illibata, nec hujusmodi Cadaveribus religio deneganda erit. Sed quid ſuperſtitio & malitia hominum non audet, hinc ſingulis ferme diebus impias in nequitiam armari manus videre licet, amputantur nares, pellices, veſtesque trucidatorum pendentium ipſæ, ut ſuperſtitioni & artibus magicis inſerviant, fraude ſubtrahuntur. Ejusmodi autem ſpoliatores fuſtigatione aliave puniuntur pæna. *P. IV. Conſt. El. 34. §. 1. pœn. & fin.* Propinqui autem Cadavera auferentes carceris vel pœcuniariam incurrunt pœnam. v. LUDER. MENCK. *ſynopſ. ff. L. XLVII. tit. XII. &* CARPZOV. *ad alleg. Conſt. def. IV.* ſed quis unquam putaſſet, *diabolum ipſum* omnium peſſimum patibuli ac rotarum eſſe ſpoliatorem; hic enim ideo fœtore habitationem ſuam cumulare & inquinare dicitur, quoniam corpora in patibulo ſuſpenſa inſtar larvæ aſſumere ſolitus ſit. v. BODINUS de *fallacibus indiciis magiæ diſſ. §. XXIV. Hal. 1701. it.* ALOYSII CHARITINI *diſcours* von betrügl. Kennzeichen der Zauberey.

Riſum teneatis amici!

Noſtrum etiam non eſt, hic latius disquirere, quo fundamento hæc hypotheſis nitatur, & an diabolus corpora humana poſſit aſſumere? remittimus potius curioſum lectorem ad Dd. hanc materiam ex profeſſo tractantes; nobis perplacet ſobrium pientiſſimi *Theologi* judicium de ſpectris ſic ſonans: Das teutſche Wort Geſpenſt kömmt her von dem Spannen, weil einem die Augen dadurch gleich als mit einem blauen Dunſt überzogen,

234

Digitized by Google

zogen, geſpannet und geblendet werden. v. Dillhers Hohe Schule des höchſten Lehrers und ſeiner Jünger, *p. 29.* Nürnberg.

§. XXI.

Diſſertationis noſtræ vela contrahentes adjiciamus unicum privilegii favorabilis exemplum prius, quam nos in portum recipiamus, quod damnatorum heredes tangit. Supra enim jam jam monuimus, confiſcationem bonorum non, niſi in atrociſſimis criminibus locum habere, conſequenter ordinarie ad heredes ab inteſtato tranſire; Id quod Leges adeo etiam extendi volunt, ut ne quidem ad reſtitutionem expenſarum cogi poſſint. Reus enim ſuſtinens pœnam mortis in terris Saxonicis ſatisfeciſſe dicitur & Judici & reipublicæ *per Conſt. El. 12. P. IV.* Wenn iemands wegen eines begangnen Todſchlags auf Peinl. Beſchuldigung • • geſtrafft wird/ derſelbe ſoll des umgebrachten Söhnen oder nechſten Freunden einige Gerichts-Koſten oder andern Abtrag zu geben nicht ſchuldig ſeyn. *j. Dec. El. 86. & CARPZ. ad ſupr. alleg. Conſt. it.* HEIG. *P. II. qu. 23. n. 20. & Magn.* LUDER. MENCKEN *diſſ. de reo ejusque herede ex delicto corp. afflictiv. pœn. merent. Lipſ. 1723.* Quoniam *per vulg.* mors omnia ſolvit. Et ſic habes, candidiſſime lector, quod de privilegiis ad ſupplicia damnatorum dictum voluimus, plura proferre nec inſtituti officiique publici, quo fungimur, ratio, nec temporis chartæque anguſtia patitur, ſi quid & erratum fuit, ut fuit, illud benigne fronteque ſerena excipias, & nos meliora docendo tibi obligatum reddas. DEO autem ſummo rerum moderatori, cujus innumeris in nos collatis beneficiis neutiquam reſpondere valemus, ſit

LAVS, HONOR ET GLORIA.

BIBLIOTECA ROMA VITTORIO E.

Digitized by Google